

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection](#)[Mythologia, Venise, 1567 - Livre X](#)[Item](#)[Mythologia, Venise, 1567 - X \[71\] : De Argo, & capra coelesti](#)

Auteur(s) : Conti, Natale

,"author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()/* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest._jsonld); }); */}, false);

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[71\] : De Argo, & capra cœlesti](#)

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 10 : De Argonaui](#)

a pour résumé ce document

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 11 : De Capra coelesti](#)

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[71\] : Du Navire Argo, & de la Chevre celeste](#)

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[71\] : Du Navire Argo, & de la Chevre celeste](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

De Argos & Capra califili.

TANTO PER B. gratam esse Diis omnem mortalium beneficentiam demonstrabant antiqui, ut louem vel Capram inter sydera collocaisse memorerarent, quod sibi lac præbuerit; & nauim Argon, quia tot heroas incolumes in patriam reuixerit. hanc consilio Palladis factam fuisse inquiunt, ut per hoc significarent omnem beneficentiam, quæ quidem cum ratione suscipitur, gratam esse Diis immortalibus, maximeq; laudabilem; quamvis illa etiam quæ fortuito, aut potius naturæ ductu, quam iudicio sit, non sit reprehendenda.

De Niobe.

CVM per superiora exempla ad beneficentiam & ad liberalitatem nos antiqui adhortarentur, nonnullas postea fabulas innuerunt, quibus arrogans & temeritas, & superbia deprimerebant, quo ex quo animo omnes fortunæ vicissitudines perferremus. Nam cum nonnullis ob felicitatem amicorum contemptus, & acceptorum à Diis obliuio, & Deorum ipsorum despiciencia in animo oriatur; tunc proxima est Dei vindicta, quæ omnia vel felicissima uno die potest labefactare. Hanc temeritatem deprimentes antiqui, omnemque humanæ felicitatis inconstitiam ante oculos proponentes, Nioben abundantem rebus omnibus felicissime eodem die, & iisdem earentem rursus introducerunt, quoniam vel Deos iplos irrisseret. Sic Thamyris cum nimis fauisset arrogans ob poëticæ facultatis peritiam cum Musis certate ausus, satiis ingentes sue temeritatis penas dedit. Non enim cœuenit rebus aduersis nimis tristari, aut prosperis nimis animo extolliri, cum rebus omnibus adhibēda sit moderatio, quia nihil boni habemus, nisi à Deo. Ille enim depositus potentes de fede, & excitauit humiles. Sic nō leue supplicium passus est Marsya, quia vel cum ipso Deo, à quo canēdi artem acceperat, de causa contendere ausus fuit. Sic Arachne etiam fertur in bestiam mutata, quia sua fuisse cum illa Dea, à qua didicerat texendi artificium, de artificio contendere.

De Ixione.

TV M. rursus ad animorum nostrorum tranquillitatem multa fuerunt figmenta ab antiquis sapientibus prudenter excoigitata. Non enim solam crudelitatem, & inanem gloriam ob felicitatem præsentē reprehēderunt, hominesq; ad liberalitatem adhortati sunt, sed etiam ad expellendam ex animis nostris ambitionem & inuidiam, qui acutissimi sunt & infestissimi animorum nostrorum stimuli, & ad reprimendam libidinem, dixerunt Ixionem ob optatum adulterium de celo fuisse ad inferos deiectum, quod nonnulli ad historiam recorserunt. At verò quod fuerit rox alligatus, à qua perpetuo circumfertetur illud certe ad historiam referri non potest. Cum enim ex aulica familia Regis eius, cuius uxorem construprare tentauit, excidisset, Ixion, factus est omnium hominum miserrimus; quia perpetua ambitione & inuidia discurcibatur. Nam qui gloria inani, tanquam imagine virtutis capiuntur, illi nihil sacerum, nihilq; laudabile faciunt, sed multa illegitima & abiar.